tur, interrogando obvium amicum, quomo-  
dò valeat, & quid novi audiatur. Hæc ille.

Verum cum hac limitatione: si mora inter-  
media seu interruptio non sit nimis magna.  
34.  
V. g. discessit ut hostem quereret, detine-  
tur in via in aliqua civitate curiositatis gra-  
tia per duos, tres dies, ut quæ ibi digna sunt  
vix intueatur quo tempore vix recordatur  
inimici: certè ( inquit ) moraliter ille jam  
censetur discontinuisse eam priorem volatio-  
nem. Unde quando deinde voluntatem occi-  
di refutat, censetur jam secundum pecca-  
tum admittere.

Sed & hoc Aliqui negant: nam ( inquit )  
saltum habitualiter in ea voluntate priori ma-  
net tunc homo ille. Hæc tamen extensio ( in-  
quit Atriaga n. 29. ) nimis magna videtur mo-  
raliter loquendo; & fieri indè, si homo fe-  
mel decerneret inimicum occidere, cùm prí-  
mum eum inventaret, & per annum aut annos  
repetaret aliquoties eam voluntatem, unicum  
tantum reputandum peccatum, eò quod habi-  
tualiter semper in ea volitione permanerit;  
quod hanc dubiè absurdum est & contra com-  
mūnū modum loquendum. Ita prefatus Autor.

Rogas, quid ego sentiam ? Planè conser-  
tio, solum habitualem voluntatem non suffi-  
cere, ut opera externa quantumcumque inter-  
rupta uniantur & continuentur unum aliquod  
peccatum in Confessione explicandum. Fundo  
me cum Arriaga in communī modo loquen-  
di: quis enim dixerit unum peccatum, invi-  
tationem hodiernam forent ad copulam car-  
nalem, & invitationem post 10. aut 20. annos  
ad eandem copulam, sibi talis homo num-  
quam interē revocaverit animūnum internū?

Dico secundò: Non requiritur actualis vo-  
luntas, sed sufficit voluntas virtualis, ut patet  
ex probatione Conclusionis; siquidem tunc  
manet voluntas virtualiter, quando existit ali-  
quis liber effectus prioris voluntatis, non jam  
amplius actualiter existens. Sicut autem vo-  
luntas virtualis sufficit ad conficiendum Sacra-  
mentum, ad celebrandum contractum, ad me-  
rendum & demerendum; quidni itidem suffi-  
ciat, ad continuandum unum peccatum, seu  
ex pluribus actionibus physicè distinctis unum  
moraliter constituyendum peccatum ?

Sed numquid saltem voluntas virtualis re-  
quiritur ? Affirmationi videri posset obstar:  
communis sensus fidelium, & communis mo-  
dos loquendi. Sic appellamus ( inquit Dica-  
stillo disp. 9. n. 65 ) unam conversationem &  
confabulationem, etiam dormiat quis parum  
inter consabundum cum amasi; & non debet  
eum confiteri ut duas. Sic unum actum  
eleemosynæ pafendi captivos in carcere, li-  
cet quis interrumpat ministerium, ibi collo-  
quendo cum amico, & paulò post redat. Sic  
una comedio dicitur aut prandium, licet sur-  
get mercator ex mensa, ad expediendum

M m m m 2 empoto-

35.  
Affirmat  
non esse  
necessaria  
voluntas  
virtualis.

emptorem, qui tunc sordē accessit, nec cūm redit, censetur bis comedere, ut frequenter docent Theologi, agentes de jejunio, docentes id licere in die jejunii. Sic Missa est una actio, licet sub Euangelium concione interrumatur, & sordē dormiat celebrans inter audiendam concioneam; immō intret Sacrificiam, & etiam exutus vestibus ore officium diurnum, interim dum datur concio, ambulans in ambulacro, ut vidi sepe fieri in Civitate Graecensi Archiepiscopatus Salisburgensis, & aliis in locis; nec ideo non erit unica actio moraliter. Sic unica officiū recitatio est, licet inter recitandum paululum quis vel dorminaret, vel colloquetus fuerit. Potest ergo in nostro negotio censeri unicum peccatum, licet modica intercesserit abruptio actionum. Huc uelut Dicastillo.

37. Igitur videri posset aliquando sufficere voluntatem voluntatem habitualē, id est, voluntatem non revocatam. Quippe in somno non videntur manere prior voluntas virtualiter, neque post somnum: alioquin Sacerdos, qui ideo dormiret, ut melius posset post somnum celebrare, quia modō non est bene dispositus, absque nova actuali intentione validē consecraret; quod tamen communiter negatur.

Unde puto, Sacerdotem qui per integrum horam, quā duravit concio, dormivisset, vi prioris intentionis hādū validē consecratur, estō Missa maneat una actio moraliter, quia hoc pendet ab assumptione moralis hominum, illud autem ab institutione Christi, qui confessionem Sacramenti volui esse actum humanum, qualis non fore illa consecratio, finē nova intentione actuali vel virtuali, cūm sola habitualis voluntas non sufficiat ad actum humanum; ut patet in dormiente, qui non exercet ullos actus humanos, tamē si vel habitualiter, id est, habeat voluntatem operandi non retractatam.

Igitur ad propositum nostrum, existimo non esse necessariam physicam continuationem ejusdem actionis exterioris, sed plures actiones, physicē distinctas, posse compонere unam moraliter actionem peccaminosam, eo quod omnes participant eandem malitiam finis, ad quem vel ex natura sua, vel ex voluntate operantis ordinantur, tamē aliquia minima interrupcio fiat per actionem, nullo modo dependentem ab illa voluntate operantis. Quod maximē verum est, quando illae actiones discontinuae, ex se non habent malitiam mortalem, finē ordine ad illum finem.

38. Sed quid, si illa actiones per se sint peccata mortalia, finē ordine ad talē finē? V.g. plura vulnera, qua praecedunt homicidium; tactus impudici, qui praecedunt copulam &c. Hac est secunda controversia hujus loci, ad quam Respondetur à Multis; hujusmodi actiones esse peccata numero distincta ab actu principali.

Patet: quia actu principalis non sufficiens, specialiter in Confessione explicanda, veniunt, iuxta communem DD. sententiam, simili modo, ac si ad talē finē non sufficierent ordinatae; quo casu ab omnibus admittitur, illas actiones esse declarandas in Confessione, estō etiam actus principalis prater intentionem sublequeretur, ut vult Lugo disp. 16. <sup>16. Lugo</sup> Dicastillo disp. 9. n. 76. & Alii. <sup>16. Dicastillo</sup> Vidi Dicastillo part. 4. tract. 4. Miscell. refol. 20<sup>o</sup>, ubi tacito nomine refert Aliquem pro opposita opinione.

Probat autem Dicastillo suam sententiam, quia hi tactus in eo casu non habent illam unitatem moralem cum copula, ad quam non ex intentione censuratur ex intentione expressa vel interpretativa seu indirecte operantis; & ipsi agiū per se sunt peccatum: ergo five species differentes, cum malitia ab ipsa malitia copulae, five non, distinctum peccatum saltem numero, atque adeō exprimendum. Hæc illa.

Sed contra: hi tactus in omni casu ex natura sua ordinantur ad copulam, vel ad extra <sup>16. Lugo</sup> ordinariam pollutionem; ideo enim peccata sunt, quia ex natura sua tendunt seu disponunt ad ulteriorem turpitudinem. Ergo qui vult illos tactus, etiam interpretative seu indirecte vult ulteriorem turpitudinem: ergo quandocumque hæc turpitudine sequitur, tamē contra exp̄ressionem voluntatem tangentis, unum constitutum peccatum cum illis tactibus previis, eodem modo ac si exp̄ressa & formaliter ad illum finem fuisse adhibiti.

Hæc sententia videretur alicui (inquit Ovidio de Virtutis & Peccat. tract. 6. contr. 5. fin. n. 63.) non omnino ratione destituta. Neque ego (aut Herinx part. 2. tract. 2. disp. 3. de <sup>16. Lugo</sup> Peccat. in communī n. 54.) ausim clamare, cū merito suspicer, ne forte non sit ad illa praxi aliena: in qua non videntur esse curia, quidam de actibus præviis, sicut in materia luxurie, an fuerint aliqui adhibiti (quod videtur tamē non rarum) non prævilo, nec intento actu principali; quasi nimis in ea latitudo intelligatur, ad quem ex natura sua ordinantur, & sunt ordinarii prævilio. Hec illa.

Sed dicet alius: Diligatitas est, quod uno casu sint duas distinctas omnino voluntates, una terminata ad tactus impudicos, secundum se, altera terminata ad ipsum actum principalem: in alio autem casu solam sit una voluntas terminata ad media propter finem sive ad finem, ut per talia media consequendum.

Respondetur: tactus impudici per hoc, <sup>16. Lugo</sup> quod ordinantur formaliter & exp̄ressè ad copulam, non perdant suam malitiam, quam habent ex natura sua, seclusa illa specialiter ordinatione; sicuti perjurium non perdit suam malitiam, quam habet ex natura sua, per hoc quod assumuntur tamquam medium ad obtinendam

dam copulam, numero distinc-  
formaliter tam  
jam erunt pecca-  
assumuntur for-  
copulam: nam  
non potest dare  
ternis, aliqui

Cur ergo tam  
physicē à copul-  
rantur, & prop-  
malitā copulam  
v. g. ire ad tale-  
quam ) non r  
propiam, qua-  
formaliter & ex-

Si inferas: I  
tamquam medi-  
di sunt in Con-  
cupiscentia copu-  
la non fui-  
quia dum copu-  
latur (quam sup-  
dam, tamquam  
i) etiam hoc ip-  
dia, que ordi-  
verba turpia, q

Hinc si alia  
cumstantiae, v.  
cius criminis,  
mitto nunciū  
catum, &c. hæ-  
peccata specie  
fessio forent  
actus principali  
tiam horum a  
conjugantur.

Dices: fieri  
cesserint oscula  
plura vel pauci  
peccata numer  
ne, ne Confe-  
pauciora nume-  
talia, quam à

Respondeo  
eret in opere c  
illud enim sol  
non autem ope  
ratione operantis  
muni sensu. De  
peccata numer  
coram Deo su  
componi unum  
omnes illi actu  
ad unum opus  
intentione pro  
magis ad rem  
propria Sacra-  
pore ab homi  
piendum, ho  
modandum,

dam copulam. Ergo si tactus illi sunt peccatum numero distinctum, quando non affluntur formaliter tamquam medium ad copulam; etiam erunt peccatum numero distinctum, dum affluntur formaliter tamquam medium ad copulam: nam sola unitas inter se voluntatis, non potest dare unitatem malitiae actibus extensis, alioquin specie aut numero distinctus.

Cur ergo tactus impudici, qui sunt actiones physice à copula distinctae, et ad hanc referantur, & proper illam relationem inserviantur malitia copulae, sicuti alii actus indifferentes, v. g. ire ad talēm vel talem locum; cur (in quam) non retineant vel habeant malitiam propriam, quam haberent, si ad talēm finem formaliter & expressè non affluerent?

Si inferas: Ergo tactus illi qui affluntur tamquam medium, secutā copula exprimēti sunt in Confessione, eodem modo sicuti si copula non fuisset secuta. Respondeo N. C. quia dum copula secuta fuit, & hæc exprimitur (quæ suppono necessariè esse exprimēdam, tamquam actum consummatum peccati) etiam hoc ipso exprimuntur opera intermedia, quæ ordinariè sunt conjuncta, ut sunt verba turpia, oscula, tactus & similia.

Hinc si aliique addint extraordinariæ circumstantias, v. g. si induco alium, ut sit scōnus criminis, vel cū ex intentione adulterii mitto nuntium, qui feminam inducat ad peccatum, &c. haec (in quam) circumstantia seu peccata specie distincta, particulariter in Confessione forent declaranda, quia ex notitia actus principali nullatenus devenit in notitiam horum actuum, qui merè per accidens coniunguntur.

Dices: fieri potest, ut copulam non praeserint oscula, tactus & similia: item, quod plura vel pauciora praeserint. Ergo si sunt peccata numero distincta ab actu principali, oportet illa specialiter declarare in Confessione, ne Confessarius graviter erret, plura vel pauciora numero apprehendendo peccata mortalia, quām à parte rei fuerint.

Respondeo: sufficit quod Confessarius non eret in opere consummativo seu completivo; illud enim solum voluit Christus explicari; non autem opera ex natura sua, & ex intentione operantis preambula (ut pater ex communī sensu DD.) sive hæc opera appellaveris peccata numero distincta, sicut in re ipsa & coram Deo sunt; sive dixeris ex illis omnibus componi unum consummatum peccatum; quia omnes illi actus multi vel pauci, ordinantur ad unum opus consummandum, & ex illius intentione procedunt; quæ est consideratio magis ad rem moralem pertinens, ac proinde propria Sacramento Confessionis, quod, utpote ab omnibus administrandum & suscipiendum, hominum existimationi fuit accommodandum, ne alioquin, si apices physicos

sequi oporteat, onus fiat importabile, & merito vocari possit (quod absit) carnificina conscientiarum.

Igitur (ut bene notat Suarez hic disp. 22. sect. 5. n. 24.) sicut unitas numerica etiam in actionibus vel qualitatibus non est semper ejusdem rationis vel æqualis: nam aliquando est ex simplici entitate, aliquando ex collectione plurium cum aliqua artificioa compositione: ad hunc itidem modum in præfenti omnes illæ actiones consentur esse partiales, & compondere unum moraliter peccatum, quia omnes ordinantur ad unum consummatum opus; ordinantur (in quam) ordinatione mortaliter absque opposita interrupzione, ut sappo-

43,  
Unitas nu-  
merica ei-  
am in a-  
ctionibus  
vel qualita-  
tibus non  
est semper  
ejusdem ra-  
tionis.

no. Hinc etiam plures tactus in honesti, eti si non ordinantur ad copulam, tamen si sunt successivè absque notabili interrupzione, in morali estimatione consentur unum peccatum; & sufficit dicere: *Habui tactus in honestos.* Idem est de osculis & turpibus verbis. Item de pluribus istib[us] seu verberibus, pluribus verbis contumeliosis &c. ita communiter DD.

Sed numquid etiam tactus consequentes copulam, unum sunt peccatum cum ipsa copula, ut hæc expressa in Confessione; illi non debeant specialiter declarari? Respondeo: si tactus ejusmodi sunt, ut disponant ad secundam copulam vel mollitiem (sicuti fieri potest, maxime si ad ipsum fiorem affluntur) indubitate erunt distinctum peccatum vel numero, si disponant ad secundam copulam; vel specie, si ad mollitiem. Hinc si per accidens secunda copula vel extraordinaria pollutio non sequeretur, tactus hujusmodi distincte forent declarandi in Confessione, ut patet ex dictis.

Atque ut ad istum finem non affluerentur, Affirmat Suarez, equidem existimat Suarez suprà n. 26. non compondere unum peccatum cum copula præcedente: quia neque sunt partes prioris actus consummati, neque ex natura rei ex illo sequuntur, ut propter ea censeri possint quasi proprietates consequentes, & in illa virtute inclusæ: sed revera (inquit) adjunguntur ex malitia ipsius operantis; & ideo neque sufficienter explicitantur, confitendo simpliciter unum fornicationis actum nec revera sunt una & eadem fornicatio cum præcedenti, sed potius sunt nova fornicatio inchoata. Hæc ille.

Contrarium docet Lugo disp. 16. n. 553. Negat Lugo. cum Aliis, quos citat; & omisssis aliis rationibus, probat n. 554. quia tactus illi non affluerunt malitiam specie diversam, & aliunde habent connexionem talem & tantam cum præcedenti peccato, ut possint facere unum actum completem: sunt enim quasi complementum copulae & delectationis præcedentis.

Nec obstat (inquit) quod dicebat Suarez; quia neque ex intentione agentis, neque ex natura sua ordinantur semper ad copulam sequentem;

M m m m 3      fed

## 830 Disput. 7. De Sacramento Pénitentia.

sed sunt mali & turpes, quatenus in se continent approbationem & delectationem de copula præcedenti, & quatenus afferunt talem delectationem veneram, qua in seipso prohibita est: quia sicut prohibetur delectatio pollutionis propter bonum prolixi ( si enim licita esset illa delectatio, non curarent homines de Matrimonio) si prohibetur à natura ipsa delectatio tactus lascivi: quia si ea saltē licita esset, minùs curarent homines de Matrimonio & de prole generanda. Haec tenus Eminentissimus.

Sed displicer nobis hæc doctrina; quia (ut ex alibi dicitur constat) omnes tactus in honesti ex natura sua semper ordinantur proximè vel remotè ad copulam sequentem, vel extraordinariam pollutionem; & ideo præcisè prohibiti sunt.

**46.** Melius dicimus ( inquit Ariaga disp. 34. nu. 26.) eos tactus sive ante copulam sint, sive post illam, facere unum quid cum ipsa, seu unam speciem integrum, sicut ex dispositionibus, essentia & passionibus sit unum quid in genere physico; ac proinde non esse necessariò declarandos. Addo, moraliter illos semper intervenire, ac proinde ex hoc ipso capite non esse necessarium illos declarare: quia id ipsum supponitur à Confessario.

**47.** Addiderim tamen, si notabili interposita morulâ haberentur, vi posse negari obligationem illos declarandi, quia reverè jam non faciunt unum quid cum copula. Hoc ipsum dico de delectatione purè intrinseca, quæ de copula immediatè præcedente aut futura haberi posset, illam scilicet per modum passionis aut dispositionis facere unum quid cum ipsa copula. Hucusque Ariaga.

Placet, quod ait, illos tactus proximè consequentes copulam (dummodo tamen leviores sint, & non disponant proximè ad novam copulam, aut extraordinariam pollutionem) ordinariè intervenire, ac proinde ex hoc capite, estò forent peccata specie vel numero distincta, non esse necessarium illos declarare, quia id ipsum supponitur à Confessario. Quare non solent Confessarii de hoc esse solliciti, nec peccantibus se de hoc accusare.

Et idem est de delectatione purè intrinseca. Dico: Purè intrinseca: nam si laudaret se ipsum de copula præterita apud alios, non dubito quin de novo peccaret, & in Confessione hoc peccatum deberet declarare: quia talislaus non est ordinariè conjuncta; adocque nullatenus à Confessario supponitur tamquam passio copula præterita.

**48.** Sed pergam ad alia, & videamus, si ex dictis bene sequatur: ergo qui non restituit rem alienam per integrum annum, non peccat nisi unico peccato, estò in eo anno sèpius

repetat, & multiplicet voluntates non restituendi; quod est plane absurdum. Sequitur: non potest continuatur in illa exteriori omissione debita voluntas restituendi.

Respondeatur: quamvis omissione illa exteriori non potest continuatur in illa exteriori omissione debita voluntas restituendi, & multipli voluntates non restituendi; quod est plane absurdum. Sequitur: non potest continuatur in illa exteriori omissione debita voluntas restituendi.

Respondeatur: quamvis omissione illa exteriori non potest continuatur in illa exteriori omissione debita voluntas restituendi, & multipli voluntates non restituendi; quod est plane absurdum. Sequitur: non potest continuatur in illa exteriori omissione debita voluntas restituendi.

Pater ( inquit ) in communi exemplo illo, qui dedit venenum alteri ad intercidendum illum: non enim actu peccat, quandiu venenum actu operatur; nam interim possit omnino cessare à tali voluntate, immo & veram penitentiam talis peccati agere. Non ergo satis est, quod effectus denominetur voluntarius, quia ex libera voluntate proficit; sed oportet, ut ex libera voluntate procedat.

Unde quoad hoc eadem ferè proportionális est ratio de actione, & de omissione: solum est aliquale discrimen; quod quia omissione per se non requirit positivum influxum, faciliter durat finè ullo actu vel attentione interiori interdum verò potest etiam actus extenuari continuari cum ranta distractione & inadvertentia naturali, ut actus reverè jam hæc & nunc non sit liberè & humano modo; & tunc illud satis non erit ad continuatatem vel unitatem peccati. Hæc ille.

Consequenter docet; voluntarem non restituendi interrumpi omnibus modis, quibus voluntate interrumpitur qualibet alia voluntas peccati, putis per actualē cessationem a tempore voluntate retinendi rem alienam, sive per somnum, sive per distractionem naturalem, aut occupationem circa alia, sive per contrarium propositum restituendi. Unde cum postea occurrente memorā restituendi, homo repetit voluntatem non restituendi, peccatum multiplicat.

Secundò multiplicatur hoc peccatum per externum usum rei restituendæ, repugnante restitutioñi seu dominio alterius, utrum per consumptiōnem aut deterioratiōnem, quæ fur redditur impotens ad restituendum.

Tertiò, quando per aliquod tempus cessat debitum restituendi, vel intercedit excusatō sufficiens, & postea iterum urget obligatiō, & resumitur voluntas non restituendi.

Verum enīverò haec doctrina quamvis <sup>se</sup> <sup>temporibus</sup> constitutissima sit, equidem non recipitur ab omnibus, & quod omnia tamquam necessaria, ut <sup>tempore</sup> videre

videre poteris  
relol. 58. ubi  
tentiam Petri  
cap. 4. no. 9.  
non committi  
antiquum, qui  
injūriè retineat  
piùs interim of  
etiam sèpius re  
tuendi, dum  
etis proponat r  
polito habeat ar

Hanc sente  
spit. 16. nu. 5.  
potentiam inte  
nam ( inquit )  
quando distraha  
restituendi pro  
magis interrum  
vel distracio  
in effectu positi  
cum eadem si  
vertentia, jam  
tutionis à volu  
dii. Hæc ille.

Sed faciliter  
num & distraha  
tam in effectu p  
cundò, impo  
tertumpere pe  
strationem, c  
tionis adhuc t  
rialiter mala  
sufficienter libe  
quamvis pro il  
litia. At vero  
na advertentia  
bilis, idq; in  
omissio restitu  
est mala, nequ  
peccatum; ergo  
interrumpitur  
suum aut di

Concedo i  
effectus positiv  
num aut distraha  
luntatem mala  
è tam parva  
sensus, ut in  
tur. Enīverò  
inimici mei,  
augeo incendi  
finem; existim  
cum peccatum

**52.** Neque Cat  
elicit uni  
cum peccatu  
cum pecc  
tum sibi in  
tempulo sit potestias. Si  
tem tui inim  
divertas ad lo  
tempore dam

videre poteris apud Dianam p. 1. tract. 7. relo. 58; ubi supponit probabilem esse sententiam Petri à Navarra de Restitut. lib. 4 cap. 4. nro. 9. & Aliorum assertentum, plura non committi peccata, sed tantum continuari antiquum, quamvis uno anno vel pluribus injūti retinacur res aliena, etiam si fortè sepius interim offeratur occasio restituendi, aut etiam sepius renovetur propositum non refutandi, dummodo tamen penitentiā datus proponat restituere, & postea mutato proposito habeat animus non restituendi.

Hanc sententiam amplectitur Lugo disput. 16. nro. 549. quantumvis etiam per impotentiam interrumpatur facultas restituendi nam (inquit) etiam quando dormis, aut quando distraheris, habes verē impotentiam restituendi pro tunc; ergo impotentia non magis interrumpit peccatum, quā somnus vel distractio: hac autem non interrumpit in effectu positivo; ergo nec in negativo, cum eadem sit ratio: siquidem redeunte advertentiā, jam verē penderet acta negatio restitutio: à voluntate, sicut continuatio incendi. Hec ille.

Sed facile responderet Suarius, Primū, somnum & distractiōnēm interrumpere peccatum tam in effectu positivo, quā negativo. Secundū, impotentiam restituendi magis interrumpere peccatum, quā somnum & distractiōnēm, quia tempore somni & distractiōnis adhuc manet illa externa omissionis materialiter mala, immo secundū. Aliquos sufficienter libera, ut imputetur in peccatum, quamvis pro illo tempore non augatur malitia. At verō quando in vigilia & cum plena advertentiā restitutio est furi impossibilis, idque inculpabiliter, jam amplius illa omissionis restitutio: nequidem materialiter est mala, neque ullo modo imputari potest in peccatum: ergo per talēm in potentiam magis interrumpit prior voluntas mala, quā per somnum aut distractiōnēm.

Concedo itaque, eandem ratione effectū positivi & negativi; sed nego, somnum aut distractiōnēm non interrumpere voluntatem malam in effectu positivo, nisi forte tam parva sit distractio, aut tam modicas somnus, ut in moralibus pro nihil reputetur. Enimverō si vesperi accendo segetem inimici mei, & manē post somnum rediens augeo incendium, & its profsequor usque ad finem; exstimas, quia tota illa actio erit unicūm peccatum?

Neque Cardinalis id asserit; sed ut sit unicūm peccatum, requirit ut interrupcio. facta fuerit per alias breves distractiōnes vel impotentias. Si accendas (inquit ille) segregem tui inimici, & applicato igne paululum divertas ad loquendum eum famulo, quo brevi tempore damnum sequitur necessariō, cū

proper distractionem illud non posses actu impedire; immo neque etiam non distractus posses omnino jam impedire: deinde verō redis ad opus & auges incendium, & ita prosequeris usque ad finem; tota illa actio erit unicūm peccatum, licet sepius interrupta fuerit per alias breves distractiōnes vel impotentias. Hec ille.

Addit ibidem Eminentissimus n. 541. nec ipfam revocationem seu interruptionem per voluntatem contraria fortasse impedire, aliquid unitatem moralē actionis & peccati. Exemplum ponit in eo, qui die jejuniū ceflat in fine prandii cum proposito non comedendi plus, sed statim antequam ē mensa furgat, assertur aliud ferculum, de quo post adhuc comedere, qui continuatio illa ratione loci & temporis sufficit, ad continuandum illud prandium, non obstante brevi illā voluntate contraria. Cur ergo non poterit idem contingere in unitate peccati? Si aliquis v. g. die jejuniū comedat carnes in prandio, & in fine prandii, cum animo nihil plus comedendi videat affteri novum ferculum carnium, & comedat ex illo, tunc certè sicut continuatur moraliter prandium, sic continuatur moraliter idem peccatum; nec necessitate in Confessione dicere, se bis comedisse carnes, non obstante illā brevi voluntate, quae intercesserat non plus comedendi. Hec ille. Quæ similiter applicat ad injūtiam lesionem & ad peccatum retentionis seu omissionis restitutio:.

Ex quo appetat manifeste, quā ambigua sint, quae pendent à nostra estimatione; oportet quia unus estimat hoc, aliud aliud, unusquisque prout affectus est. Malumus stare iudicio & estimationi communis, quā unius particularis. Commune autem iudicium est, eum, qui comedit carnes die jejuniū, & penitentiā ductus mutat suam voluntatem, si statim refutat priorem voluntatem, & iterat comedat carnes, in Confessione debere dicere, se bis comedisse carnes, si verum est (quod puto) quamcumque coemissionem esse prohibitat.

Dicatur prandium unum vel multiplex, parum referit, cū ab unitate prandii non dependeat unitas peccati, nisi velis omnia peccata, quae sunt in uno prandio, esse unum peccatum, quod plus quā absurdum est. Quod ergo prandium illud sit unum, provenit ex voluntate Ecclesie, quae indubie potuit talēm interruptionem seu discontinuationem pro nihil reputare, propter moralē propinquitatē: de hac autem voluntate respectu peccati coemissionis carnium, si interrupta per contrariam voluntatem, nobis non satis constat.

Deinde quod prandium sit unum vel multiplex, non pender ab intentione unius ex comedentibus, sed potius ex unitate loci & prandio bis tempore.

comedere  
seccas.

temporis. Unde ex hoc, quod unus surget è mensa & nolit amplius comedere, aliis manentibus in mensa & comedentibus: non solvit unitas illius prandii; ac proinde rediens ad mensam qui discesserat, reddit ad idem prandium, quod per ipsius recessum non fuerat dissolutum. Quid ergo mirum, si moraliter non censeatur bis prandere? Et per consequens non censeatur frangere jejuniū, quod non prohibet nisi duplex prandium? At verò prohibet singulas comediones carnium, que utique singularitas non pendet ex singularitate prandii, quia in uno prandio non possit aliquis bis comedere carnes.

Quid si enim aliquis in principio prandii comedisset carnes, & correptus à convivis mutata voluntate carnes curasset auferri; putas, si post unam aut alteram horam in fine prandii rursum preciparet carnes apponi, & iteratè comedere; exigitas (inquam) talem semel tantum comedisse carnes, eò quod comedere in uno prandio? Non potes prudenter existimare. Ergo prandium potest esse unum, etò comedio carnium non sit una.

Sed quid immoror rei tam clarae? Liber proponere questionem magis controversam. Utrum in eodem actu possint esse plures malitia solo numero distinctæ? Responso erit

### CONCLUSIO III.

In eodem actu physico possunt esse plures malitia, solo numero distinctæ, ut tales in Confessione explicandæ.

56. Contentia Lugonis non esse explicandas plures malitia numero in eodem actu.

**A**d ultimam particulam: *Vt tales in Confessione explicande, contra Lugonem disp. 16. d. 134. ubi sic ait: licet in peccato, habente plures malitias specie diversas, debeant omnes explicari, non sequitur idem in peccato, habente plures numero distinctas.* Ratio differentia est: quod in primo casu non explicaretur distinctè tota species illius peccati, si aliqua malitia specifica illius taceatur. Cùm autem debeat explicari distinctè omnia peccata quoad suam speciem, consequens est, quod debeat explicari distinctè omnes illae malitia specie diversa.

At verò in secundo casu, etiam non explicata distinctè tota malitia individuali illius peccati, explicatur illud numero peccatum, quoad suam speciem distinctè, & confuse quoad differentiam numericam: quod sufficit ad satisfaciendum precepto Confessionis, cùm nullum peccatum maneat non explicatum quoad suam speciem, & aliunde dicatur totus numerus peccatorum, licet non totus

numerus malitiarum, de quo explicando non invenimus aliquod preceptum. Hucunque Eminentissimus.

Sed absque solido fundamento contra torrentem Doctorum, & ideo non audiendus. Opinione Inveniuntur quidem Aliqui, qui docent, præcūs respectum unius actū, v. g. unius occisionis ad personas diversas, v. g. trī homines occisivi, non debere necessariò explicari; sed hi consequenter tenent, illum præcūm respectum unius actū ad diversas personas, non multiplicare malitias numero in illo uno actū, deinde circumstantias notabiliter aggravantes non esse necessariò declarandas in Confessione: nemo autem inventus, quod sciā, præter Lugonem, qui admittit multiplicationem numericam malitiarum in eodem actū, & negat obligationem eas declarandi in Confessione.

Revera si Tridentinum probat malitiis & plures specificas, qua plures inveniuntur (secondum art. Omnes) in eodem actu physico, esse distinctæ explicandas; nescio quare non idem probet de malitiis numericis, cum iisdem plane verbis præcipiat explicationem specificæ & numericæ malitiae less. 14. c. 5. ibi: *Constat enim sacerdotes iudicium hoc incongruit causa exercitio non posse, neque equitatē quidem illos in penitentiis servare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie ac signatim sua ipsi peccata declarassent.* Et can. 7. *Si quis diversi, in sacramento Pœnitentia ad remissionem peccatorum usus fuerit non esse iure divino confiteri omnia & singula peccata mortalia &c. anathema sit.*

Si Eminent. illa verba expendisset, sicut ipsi inventi preceptum distinctè explicando omnes malitias specie diversas, que sunt in eodem actu physico, pariter inveniesset præceptum, explicandi distinctè omnes malitias numero distinctas, que sunt in eodem actu physico. Vel si illa verba intelligi possint de confusa explicatione singulorum peccatorum seu malitiarum solo numero distinctarum; cur non etiam de confusa explicatione omnium peccatorum seu malitiarum specie distinctarum?

Et verò si possit explicari totus numerus peccatorum, licet non totus numerus malitiarum; cur itidem non possit explicari tota species peccati, licet non tota malitia specifica?

Vel si non explicatur distinctè tota, id est, omnis species illius peccati, si aliqua malitia specifica illius taceatur; dico similiter, non explicari distinctè totum, id est, omnem numerum peccatorum, si aliqua malitia numerică illius taceatur.

Nonne plures malitia specifica repertæ in eodem actu physico constitutum plura specie plures sunt & voluntaria virtutis oppositorum distinctæ in iusto occisiones habentur. Quare ergo consimiliter plures malitia numericæ repertæ in eodem actu physico non constituent plura numero peccata formaliter seu plures mortali-

ta peccata formaliter. malitia reporta constitutæ form unicum numerus Conclusio.

Sicut ergo plicare diversa eandem numeratio ipsius malitiae sufficit explicare participat plures distinctæ declaranda peccatum format Sacerdotes jungere. Igitur merum actum catorum quæ manifeste: quia neque quoad sacerdotum, est explicare omnibus administrantibus. Quantum ad Lugo suprà n. fundatur in sensu eodem actu manifestarunt circumstanciæ gravantes, non.

Hac itaque fæciet, diligenter eodem actu physico solo numero affirmat: & quis si plures homines pluribus personis afficiat; feminas, aut foro verbo, aut trahendo ad hanc mel habuerit animam per totam Quadratum divinum p. in his & similiter physico est plures distinctæ, juxta jectorum, seu sum malitia in istu, quot sentições hominum.

Ratio: qui non consummaverunt occisionis, sumuntur & voluntaria virtutis oppositorum distinctæ in iusto occisiones habentur. Quare ergo consimiliter plures malitia numericæ repertæ in eodem actu physico non constituent plura numero peccata formaliter seu plures mortali-

<sup>a peccata  
et malitiae</sup> moraliter loquendo? Numquid una numero  
malitia reperta in pluribus actibus physici  
constituer formaliter seu moraliter loquendo  
unicum numero peccatum? Planè, ut vidi-  
mus Conclusionibus precedentibus.

Sicut ergo in hoc casu non est necesse ex-  
plicare diversos actus physicos, qui participant  
eandem numero malitiam, sed sufficit expli-  
catio ipsius malitiae; ita in casu proposito non  
sufficit explicare unum actum physicum, qui  
participat plures numero malitias, sed oportet  
distinctè declarare ipsas malitias, quæ sunt ipsum  
peccatum formale, & pro quibus solis ope-  
rat Sacerdotes convenientes satisficationes in-  
jungere. Igitur Tridentinum supra non nu-  
merum actuum physicorum intelligit, sed peccatorum  
quam talium, sive formalium. Patet  
manifestè: quia peccatum materiale tantum,  
neque quoad speciem, neque quoad numero  
est explicandum in Confessione, ut ab  
Omnibus admittitur.

Quantum ad proximam, quam pro se allegat  
Lugo supra n. 136. & sequentibus, si vera est,  
fundatur in sententia eorum, qui negant in  
eodem actu multiplicari numero malitias, &  
afferunt circumstantias solum notabiliter ag-  
gravantes, non esse explicandas.

Hac itaque singulari opinione Lugonis re-  
jecta diligenter consideremus, an revera in  
eodem actu physico possit esse plures maliti-  
es solo numero distinctæ. Conclusio nostra  
affirmat: & si queris exempla, in promptu  
sunt, v. g. si quis unico physico iactu occidat  
plures homines; unicà narratione detrahatur  
plures personis, aut eas unico actu contul-  
melia afficiat; efficaciter concupiscat plures  
feminas, aut forniciari plures cum eadem; uni-  
co verbo aut opere plures scandalizat, per-  
trahendo ad heresim, aliudve delictum; si se-  
mel habuerit animum efficacem non jesuandam  
per totam Quadragesimam; non legendi Offi-  
cium divinum per integrum annum &c. Dico in  
his & similibus casibus, in eodem actu physico  
esse plures malitias solo numero di-  
stinctæ, juxta distinctionem numericam ob-  
jectorum, seu potius effectuum; id est, tot  
sunt malitiae numero distinctæ in illo unico  
iactu, quot sunt homines occisi, seu quot sunt  
occisiones hominum.

Ratio: quia malitia actus efficacis, quæ  
non consummatur interius, qualis est malitia  
occisionis, sumitur in ordine ad effectum voli-  
tum & voluntarium, quatenus privat honestate  
virtutis oppositæ ergo tot sunt malitiae numero  
distinctæ in illo unico iactu, quot sunt numero  
occisiones hominum, sicuti tot sunt malitiae  
specificæ, quot sunt specie occisiones homi-  
num; v. g. si unico iactu occidat patrem tuum  
& Sacerdotem, secundum Omnes in illo unico  
iactu reperitur malitia paricidii & sacrilegii, &  
utraque exprimenda est in Confessione: ergo

similiter si unico iactu occidas Joannem & Jo-  
sephum, in illo unico iactu erit duplex malitia  
homicidii numero distinctæ, & utraque in  
Confessione erit explicanda.

Probatur Consequens: quia sicut ex di-  
versis effectibus specie eiusdem actus physici,  
non coalescit unus effectus specificus adæqua-  
tus quasi conflatus ex illis speciebus; sed uter-  
que per se sufficit ad propriam suam speciem  
peccati & malitiae, & debet explicari in Con-  
fessione ea diversitas effectuum specificorum,  
quantumvis voluti fuerint eodem actu physico,  
quia moraliter centent plura specie  
peccata; ita ex diversis effectibus in indivi-  
duo eisdem actus physici, non coalescit uni-  
cus effectus individualis adæquatius quasi con-  
flatus ex illis individualibus; sed uterque per se  
sufficit ad proprium suum individuum peccati  
& malitiae, & debet explicari in Confessione  
ea diversitas effectuum individualium, quan-  
tumvis voluti fuerint eodem actu physico,  
quia moraliter centent individualiter plura  
peccata; & sicut est præceptum explicandi di-  
versa peccata in specie, ita est præceptum ex-  
pliandi diversa peccata in individuo, ut su-  
periis ostendimus.

Breviter: unusquisque effectus potest dare  
malitiam actui independenter ab alio: ergo  
nulla est ratio, quare unusquisque non det  
suum malitiam distinctam, sicut unusquisque  
distinctus est, & manet distinctus, eti snt  
effectus unius physici actus. Atque hoc est  
comunior opinio, quam Suarez hic disp. 22. <sup>Subiectum:</sup>  
sect. 5. n. 34. vocat probabilem, quamvis op-  
posita appearat sibi probabilius, propter fe-  
quentes rationes.

Quia (inquit) bona voluntas dandi ele-  
mofynam 10. hominibus non habet plures  
bonitates: ergo neque è contrario voluntas  
interficiendi illos habet plures malitias. Patet  
Consequens: quia privatio est proporcio-  
nata habitui; & ideo si habitus est unus, etiam  
privatio ejus una est; malitia autem est priva-  
tio debitæ bonitatis.

Probat II. Si quis uno indivisibili actu secundum  
Charitatem amet 10. proximos, una est indivi-  
sibilis bonitas illius actus: ergo similiter  
odium eorumdem hominum unicam habet  
malitiam, quamvis non respiciat aliam mate-  
riam propinquorem, sed immediatè tendat  
in tales personas: ergo idem erit de voluntate  
occidendi tot homines, eò vel maxime, quod  
potest quis velle uno iactu eos occidere; & ita  
videtur habere proximam materiam magis  
uniata, quam sit quantitas pecunia in volun-  
tate elemosyne, vel quantitas furti, si à mul-  
tis personis accipienda esset.

Probat III. Si quis habeat desiderium occi-  
dendi multitudinem hominum, cuius num-  
erum ignorat; vel si tentet comburere domum  
cum tota sua familia quantacumque illa sit,

N u n n a n t a l e

**tale peccatum non potest habere plures mali-  
tias : quot enim illæ erunt ?**

63.  
Responsio  
ad tertiam  
rationem  
de incerto  
numero oc-  
cidendo  
rum,

Respondeo: Tot erunt, quod à parte rei sufficiunt occisiones hominum, si voluntas efficax habuisset suum effectum. Quod autem peccans illum numerum ignoret, per accidens est; sufficit, quod velit omnes occidere, qui in tali domo sunt. Hinc si postea numerus invenientur, teneat eum in Confessione explicare; alioquin quamdiu manet ignotus, excusatur à distincta explicatione propter impossibilitatem.

Dico; *A distincta explicatione*; quia tenetum explicare juxta confusam, quam tunc habebat, notium, explicando numerum, quem verosimiliter plus minus existimat: vel si dubitabat, an esset magnus vel parvus, & hoc dubium tenetur explicare, sicut in reliquo obligatur meliori modo, quo potest, explicare numerum peccatorum.

**64.** *Vult qui occidere multitudinem hominum concipit confusus aliquem numerum.*

**Dicatillo.**

Dicimus (inquit Dicatillo disp. 9. n. 253.) fieri non posse, quia si quis velit occidere multitudinem hominum, concipiatur moraliter loquendo, saltem confusè aliquem numerum, ita ut apprehensio illius multitudinis, quam vult occidere, talis sit, que ad aliquem numerum possit revocari, licet non determinata & certa, sed saltem sit timor aut existimatio, quā quis videat posse fortasse veniri ulque ad eum numerum; ita ut de illa multitudine oc-

Dicastillo.

quà quis videat posse fortasse veniri usque ad eum numerum ; ita ut de illa multitudine occidendorum possit vere dici , tantum quidem numerum non excessisse , ad illum tamen aliumve aliquem paulò minorem , periculum fuisse ut venirent : quod sufficit , ut assignemus numerum malitiarum usque ad numerum , in quo concipitur tale periculum . Hæc ille .

Nonne, si volo occidere hunc hominem, quem dubito an sit Sacerdos, an sit pater meus &c. proculdubio pecco illa specie peccati, sive omni specie peccati, quam sub dubio apprehendo? Ergo similiter in casu nostro tot numero peccata committo, quod latet sub dubio apprehendo.

Immo etiam nullam malitiam specificam distincte apprehenderem in aliquo actu, si tamen dicere: *Volo omnem illam, qua ibi est;* haud ambiguo, quin peccarem ut peccatis specie distinctis, quot à parte rei malitia specifica in illo actu inventiuntur; ac proinde deberem eas explicare distinctè in Confessione, casu quo postea distinctè eas cognoscem: ergo similiter dicendum de malitiis numericis.

Et sicutem difficultatem patitur Sua-  
rius in sua sententia (ut adverbi Dicastro  
suprà nu. 254) nam ipse concedit, quod nu-  
merus occidentorum major est, eò maiorem  
esse malitiam in gravitate: non est autem mi-  
nus impossibile, esse de facto malitiam, qua-  
non habeat determinatam gravitatem, quād  
esse de facto multitudo uiderit malitiam, qua-

non habeat determinatum numerum. Ignotus  
corruit tertia probatio Suarji?

Ad primam & secundam respondet Dic  
stillo n. 248. non improbarib[us] eriam in v[er]o  
tutib[us] & bonitatis esse illam multiplica-  
tionem, sicut & in vitiis; argu aed pa-  
rem esse utробique rationem. Ita aliqui Re-  
centiores cum Navarro in cap. Confiderat. Has  
ille.

Interrogo ego unum verbum: idem actus ~~autem~~ <sup>autem</sup> virtutis potest habere, plures specie bonitatis sita possunt ex proximo obiecto defumpitas? Negant multi hinc sententiam Theologi: quia (inquit) ex proximo obiecto possunt

jecto formalī specificantur actūs. Si ergo ali-  
quis actus haberet duas specie bonitatis, de-  
beret habere duo objecta formalia; & con-  
sequenter non esset idem actus, sed duo specie  
distincti, proinde & numero distincti: nam prius  
quod conjugantur in eodem objecto mate-  
riali, nihil referat ad unitatem actus, quia ex  
objecto materiali ut sic non sumuntur diversi  
actus, in tantum, ut diversi specie actus in  
idem objectum materiale tendant per diver-  
sa objecta formalia: alioquin amor amicis  
Dei & concupiscentiæ essent realiter unus  
actus, quia motiva illa diligendi in co-  
dem indivisibili objecto conjunguntur. Hac  
illī.

Astamen cum hac limitatione ; si ista di-  
versi motiva sumuntur omnino ut diversa &  
integra in sua specie : nam interdum post  
voluntas moveri uno acto ad unum obiectum  
materiale , ut affectum pluribus bonitatis  
in eo consideratis , si ex omnibus illis inel-  
lectus conficiat quasi unam rationem boni , ab  
omnibus distinctam , & quasi ab omnibus com-  
positam , quod videtur posse facere per mo-  
dum confusa cognitionis , utrumque si , post di-  
stinctam considerationem singularium boni-  
tum , absolute judicet hanc rem esse optimam  
& honestissimam , sumendo veluti rationem  
communem omnibus illis bonitatis , &  
pluris astimando illam , que est ex aggrega-  
tione plurium : in hoc quippe non appetit  
ulla repugnancia ; immo videtur valde accom-  
modatus modus communis modo operandi  
hominum . Ita multi Theologi ( ut dixi ) op-  
pulantur ; & secundum hanc opinionem patet  
quid sit respondendum ad duo priora argu-  
menta Suarii .

Numquid ex hoc Antecedente: Idem actus voluntatis non potest habere plures species bonitatis ex proximo & formalis objecto; hec non infertur: Ergo idem actus voluntatis non potest habere plures species malitiae? Claram sententiam est quod possit habere, & ( secundum opiniones agnitionis Theologos ) de facto sapiens habeat. Ergo etiam haec Consequencia non valet: idem actus voluntatis non potest habere plures numero bonitatis; ergo similiter non potest habere plures numero malitias.

Ratio disparatis est evidens : quia ut formalis motivi, quod in tali casu suppono esse unicum.

Et idem dico de simplici complacentia in pluribus fornicationibus, homicidiis &c. potest enim voluntas ferri in omnes illas fornicationes per modum unius adaequati objecti; quod casu tantum erit in illa complacentia una adaequata numero malitia, ac proinde non erit necessarium explicare multitudinem personarum in Confessione. Quapropter etiam gratis admisso, quod eadem voluntas non poslit habere plures bonitas numero distinctas, negamus equidem hanc Consequentiā: Ergo eadem voluntas non potest habere plures malitias numero distinctas.

animæ immutabilis agat.

Quid ergo mirarum, si bona voluntas dantur de elemotynam 10. hominibus non habeat plures bonitatem, quamvis è contrariò voluntas interficiendi illos habeat plures malitias? Aut si unus indivisibilis actus Charitatis, quo amo 10. proximos, unam & indivisibilēm habeat bonitatem; odium autem eorumdem non unicam, sed multiplicem habeat malitiam? Sicut enim unus specie actus bonus, non potest habere nisi unum specie objectum primum & formale motivum; ita quoque unus numero actus bonus, non potest habere nisi unum numero objectum primum & formale motivum: ergo unus numero actus bonus, non potest habere nisi unum numero bonitatem, desumptam ab illo objecto primo & formalī motivo. At verò malitia non descenduntur ab objecto primo & formalī motivo, sed ab effectu malo volito & voluntario: eodem autem actu possunt velles plures effectus malos; plures (inquam) tam specie, quam numero, ut manifestum est.

Si quis dicit: id est, quia numero

Dico, *Gratis admiso;* quia (ut supra inservi) sunt Nonnulli, qui existimant, etiam cum modum voluntatem posse habere plures numero bonitates. Et sicut si possit habere plures bonitates specie diversas; cur non etiam numero diversas? Porro eundem numero actuum posse recipere duo objecta formalia specie diversa & adæquata, ac per consequens habere duas bonitates specie diversas, docet Felix de Bonitate & Malitia c. 3. diff. 4. n. 5. cum Aliis quos citat, & putat colligi ex Scoto Quidlib. 14. n. 5. ibi: Comparando Fidem infusam & Fidem acquisitam ab aliis credenti in hoc convenient, quod, quando instant eidem anima, & actus unus & idem credendi elicetur secundum inclinationem utriusque: quia quando sunt duas forma, quae naturaliter inclinant ad alium in eodem operante, utraque quantum est de se necessaria & semper inclinat ad alium: & ideo quandocumque actus elicatur, elicetur secundum inclinationem utriusque. Et Quidlib. 10. n. 10. ibi: Similiter potest quis uno & eodem acto credere ex testimonio afferentis, & credere secundum inclinationem Fidem infusa.

Hinc quemadmodum illi effectus numero distincti in casu proposito non coalescent in unum numero effectum, sed manent numero distincti, mors v. g. Joannis & mors Josephi, forniciatio cum Catharina & forniciatio cum Barbaraz; pariter manent distincte malitia in una voluntate; quā volo efficaciter duplicem istam mortem, aut duplēcēm illam forniciationem. Quid porcl̄ clausi diei?

Itaque per oditum 10. hominum, quod secundum nos habet multiplicem malitiam, non intelligo amorem internum, sed ex quo proceditur ad actus exteriores. V. g. si quis uno Probat ratione: quando unum medium habet plures honestates ad aliquos fines conquendos, nulla est ratio, quare non eligatur ad tales fines: v. g. Christus elegit mortem, quia in illa est honestas Religionis in quantum est Sacrificium & honestas misericordie redimens homines, & honestas obedientiae adimplens preceptum Patris &c. ergo talis electio habet plures bonitatis. Ita Felix n. 6. Et n. 8. sic ait: Neque obest, quod voluntas respiciat hominem propter honestatem eius; ut det actū bonitatem: nam plur. potest eodem actū appetere honestates proprias.

Itaque per odium <sup>10.</sup> hominum, quod secundum nos habet multiplicem malitiam, non intelligi odium mere internum, sed ex quo proceditur ad actus externos. V. g. si quis ex odio acti efficaci odifesset 10. homines per modum unius objecti, volens efficaciter illos occidere, tunc actus ille, quamvis in ratione odio non habeat nisi unicam malitiam ex unicco adaequato objecto illius multitudinis hominum per modum unius considerate, in ratione tamen homicidiis tot habet malitias, quot sunt homines, quos intendit occidere; quia multiplicatur malitia ex multiplicitate effectus, & non tantum ex multiplicitate objecti, primi

## Ratio

70.  
Sententia  
Felicis, eudi-  
dem actum  
posse habe-  
re plures  
specie boc-  
nitates.

Probatur et  
Scoto,

71.  
Idem actu  
potest ha  
bere plures  
bonitates  
numero.

ipsum bonitatem, sed omnino sufficere, quod objecti bonitas cognoscatur, & non videatur aliqua circumstantia mala. Quod si verum est, nescio quare una & eadem voluntas dandi eleemosynam 10. pauperibus, non habeat 10. bonitatem, cum intellectus cognoscat 10. bonitatem, & non videat aliquam circumstantiam malam, ut suppono.

Ceterum sicut intellectus cognoscit decem bonitatem in decem eleemosynam, ita etiam cognoscit decem malitias in non eleemosynis, casu quo eleemosyna ista sint obligatoria, quia v.g. decem personæ extremæ indigent. Quippe malitia est privatio restitutionis debite, ergo si 10. restitutions debita, quia debita 10. eleemosynæ; etiam 10. malitia oppositæ, id est, 10. privationes eleemosynarum debitarum. Quidni ergo unus actus, quo volo illas 10. privationes, habeat 10. malitias? Non enim requiritur intentio malitiae, secundum DD. communiter; sed suffici cognitio.

**72.** Obiectio diligitur. Nec obstat; quod velim 10. homines occidere unico iactu; quia ille iactus non est malus, nisi ratione occisionis seu mortis consequentis: jam autem occisiones sunt 10. ergo 10. malitiae, eodem modo, ac si singulis iactibus singuli homines occiderentur. Hinc si talis bona fide confessus fuerit, se habuisse voluntatem occidendi 8. sufficiet postea confiteri, se habuisse voluntatem occidendi 2.

Et rectè confiteretur, dicendo: Volui 10. homines occidere; omittendo ly unico iactu. Similiter, si revera unico iactu occidit, dicendo: Occidi 10. homines; quamvis forte Confessarius apprehendat, occidisse diversi iactibus; quia aquæ graviter peccavit, & aquæ multa peccata mortaliter seu formaliter commisit, five uno, five diversi iactibus occidere; igitur materialis illa diversitas per accidens est ad Confessionem sacramentalem.

